



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Caput 1. Nova subsidia in Tucumaniam & Paraquarium inducuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

HISTORIÆ  
PROVINCIAE PARAQUARIÆ  
SOCIETATIS JESU  
LIBER SECUNDUS.

## CAPUT

I.  
Nova subdi-  
cia in Tu-  
cumaniam &  
Paraqua-  
riam indu-  
cuntur.

Joannes Ro-  
merus Sociis  
præficitur.

Paupertatis  
integritati  
cauritur.

Socii per Pro-  
vincias di-  
stribuntur.

## CAPUT

II.  
Salonius &  
Lorençana  
per Para-  
quariam la-  
tissimè ex-  
currunt.

Salonii facies  
adueritur.



ODEM Anno, quo Chilense regnum Societatem accepit, Joannes Sebastianus Particus Provincialis, in Tucumania Paraquariaque subsidium Joannem Romerum, Gasparem Monroium, Joannem Vianam, & Marcellum Lorençanam Sacerdotes, variis temporibus ex Hispaniâ advectos, necnon Joannem Aquilam Laicum submisit. Et quia Claudius Aquaviva Generalis recentibus litteris mandaverat, Socios è Braliâ ab Josepho Ancheta ante quinqueannum missos subesse

Peruvia Provinciali debere, Joannes Romerus vir tanto oneri par, pro Joanne Fontio in Peruviam revocato, præfesse Tucumania Paraquariaque Sociis jussus est. Cujus prima cura fuit mandata Provincialis sui exequi, jubentis, ex consilio Patrum Seniorum, prædium in Salteni Tucumania ditione, pro alendis Missionariis ab decessore suo dono acceptum, dividere: nam prima illa Societatis Peruanae columna prudenter cœfabant, Deum eorum corporibus non defuturum, qui animatum lucro se totos traderent: nec cum instituti nostri rationibus quadrare, si viri Apostolicis excursionibus destinati implicarentur agrorum procuratione. Amoto eo obstaculo, Joannes Romerus ex designatione Provincialis Socios in regiones sic distraxit. Alfonsum Barsenatm, Joannem Salonum, Marcellum Lorençanam & Joannem Aquilam Paraquaria metropolim insidere; Emmanuëlem Ortegam & Thomam Fildium in Guaraniâ perseverare; Petrum Agnascumatque Gasparem Monroium Omaguacis Christo lucrandis infistere; Franciscum Angulum & Joannem Vianam in Tucumania metropoli rem Christianam curare jussit. Ipse more ducis nullo loco fixus, consilio & manu promptus, ubique aderat, exiguis copiis & seipso immensitatem terrarum occupans.

JOANNES Salonius de Societate in Assumptionis urbe toto quinquennio per severarat, cohibueratque animi impetum, volentis ad longinas expeditions pergere; ratus nihil gratius Deo se facere posse, quam si cives & suburbanos in officio contineret. Sed ubi subsidiati Socii advenire, ab Barsenâ flagitat, ut sibi cum Marcello Lorençanâ, partim adverso Paraquario, partim per littorales sylvas & paludes, quantum viribus humanis eniti possent, Divini verbi seminandi ergo, ire liceret. Imperatâ missione, exiguo viatici apparatu, se dant in viam. Ibant per paludosâ loca umbilico tenus aquis sâpè immersi: luctabantur cum arundinetis: vias tigribus & viperis infestas pervadebant: inundatas eluvionibus terras transbant, tantâ corporum incuria periculoque, ut quandoque supra genua luto paludo impliciti, pluviam reliquo corpore torâ nocte exciperent. Contigit aliquando, ut eterque ab adventitiatum aquarum murmure pterrefacti, intempestâ nocte, subitam submersionem timerent, quam ut præverterent, nitratum pulverem (uti in his regionibus fieri quandoque solet) ad usum excitandi ignis ex facculo eliciere: at cum tenebrarum errore liberalius, quam par erat, escâ applicuissent, conceptra flamma ita involvit Salonum, ut excoriata facie, & palpebris adustis, ad aliquot dies non sine immenso dolore cœcutiret. Eodem tempore Marcellum Lorençanam ægrotantem Solis immensus ardor, culicum diu noctuque in paludosis locis fidicantium infestatio, nebularum gravitas, ciborum insolitorum usus ad

extrema